respondere vadiis tactis luere Inscriptioni huic Satisfacere ac omne in-
dicatum pati debebit et tenebitur suosque Successores ad eadem omnia
obligant Illum primum Terminum peremptorium et alios omnes exinde
consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera in-
firmitate pro maiori minoreunitate Successorum legatione intra vel
extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Victorem vel alys qui-
buscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Evic-
tionem ultra proximos officii praesentis Castrensis Przemysliensis Terminos
dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Apellationes ac ea-
rum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis Simplicibus
vel triplicatis evasionibus Suspensionibus fatalibus Juris Inscriptione
Terrestri bello Commotioneque ac alys omnibus iuris remedys et defensis
non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac praesenti personali
Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Eorundem Advitalitas Mutua

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal.
Przemysliensibus Nobiles Basilius Popiel ab una et Joanna primum olim
Nobilis Lucae Berelnicki secundario vero nuptiarum praefati Nobilis Popiel
Consors legitima cum eiusdem marito suo ad Tutorio coniugalis persona-
li assistentia et Idoneo ad infrascripta recognoscenda consensu ab
altera partibus Sani mentibus et corporibus existentes a Terrestri Di-
strictibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibuscunque propriis et competentibus
recedendo praesenti vero Castrensi Capitali Przemysliensi Jurisdictioni quo-
ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam
libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum

seorsim

seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum Nec non Auri argenti Clenodiorum vestium vestimentorum pecorum pecudum Equorum Equitiorum totiusque supellectilis domesticis in quacunque forma et materia existentium nunc habitorum et in posterum habendorum Mutuam Advitalitatem et usum fructum ad extrema duntaxat vitae suae tempora inscribunt et concedunt praesentibus tali videlicet modo Quod si prius praefatum Nobilem Bartlom Popiel maritum quam suprascriptam Nobilem Annam Berestnicka Consortem suam de hac luce decedere contigerit Extunc eadem Consors sua superstes bona generaliter omnia mobilia et immobilia haereditaria et obligatoria summasque quasvis pecuniarias cum omni et integro Iure suo omnibusque et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus et emolumentis competentiisque et spectantiis quarumvis attinentiis et pertinentiis generaliter universis nullis penitus exceptis morte praefati mariti sui derelicta tenebit habebit et possidebit libereque quiete et pacifice usufructuabitur sine quovis impedimento et Contradictione Successorum praenominati mariti sui ad extrema duntaxat vitae suae tempora modo et titulo Advitalitatis Post mortem vero praenominatae Consortis extunc bona praefati mariti propria ad successores mariti sine quavis Contradictione Successorum praenominatae Consortis suae devolventur et devolvi debebunt Similiter quoque si prius praenominatam Eandem [illegible] Berestnicka Consortem quam praefatum maritum occumbere et de hac luce decedere contigerit extunc quoque idem Eiusdem Popiel maritus suus bona generaliter omnia et singula mobilia et immobilia summasque et res suprascriptas omnes morte praedictae Consortis suae derelinquenda Cum omni Iure dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus

062 Rebus fructibus proventibus redditibus et emolumentis quibusvis attinentiis q[ue]
et pertinentiis generaliter universis nullis penitus exceptis absq[ue] quavis
Contradictione et impedimento Successorum praenominati Consortis sui ad ex-
trema duntaxat vitae suae tempora tenebit habebit et possidebit ibiq[ue]
quiete et pacifice utfruetur modo ac titulo Advitalitio Post mortem
vero eiusdem mariti sui extunc bona generaliter omnia et singula ad suc-
cessores eiusdem Consortis sui sine quavis Contradictione Successorum
praefati mariti pleno in robore et jure devolventur et redibunt His
suis praesentibus personaliter Recognoscentibus ad praemissa acceptantibus

Jaworski Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus
Praemisliensis Nobilis Waśko Jaworski Nobilis olim Jacko Jaworski Filius
Sanus mente et corpore existens a Terris Dictibus Juribus Iurisdictionis
utriusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus modo Praesenti vero Ca-
strensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum huncce attinet se
cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et ple-
nare incorporando atq[ue] subjiciendo palam libere publice ac perex-
presse recognovit Quia ipse Nobili Marinae Nobilis Jacko Sie-
mas Filiae suae vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusq[ue] posteris
summam Ducentorum florenorum polonicorum monetae et numeri polonicalis
Ratione vero Dotis et Expeditionis post ipsam acceptae et in domum
suam importatae Nec non aliam similem summam Ducentorum florenorum
polonicorum ratione Certi veri justi et liquidi dotalitii iam et super tota
et integra medietate omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum
et obligatorum mobilium et immobilium summarumq[ue] quarumvis pe-

cuniar.